



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

124. Ut nullus in Ecclesia mortuum sepeliat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

omnino prohibemus; ne, quod valde inreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari; si compendium exinde studemus modo quolibet quærere.

Ut nullus in Ecclesia mortuum sepeliat. *Ex Capitulis synodalibus tit. CLVI.*

Lib. 1. Capitular. c. 159.

CXXIV. Ut nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat.

De eadem re. *Cap. XLVI.*

Lib. 2. Capitular. c. 47.
Concil. Arelat. 6. c. 21.

CXXV. Ut de sepeliendis in basilicis mortuis constitutio illa seruetur quæ ab antiquis patribus constituta est.

Ex Concilio Nannetensi.

Concil. Nannet. c. 6.
Burchard. lib. 3. c. 159.

Præcipiendum, secundum canonum auctoritatem, ut de sepulcris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant; nisi fortè qui sepelitur, vivens iusserit Ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam post mortem illius, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de rebus illius aliquid dare sponte voluerint. Tamen nullatenus à Presbyteris illis aliquid exigatur, sive ab illis qui locis & vicis præsunt. Prohibendum etiam, secundum majorum instituta, ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu aut exedra Ecclesiæ. Infra Ecclesiam verò, aut prope altare, ubi corpus Domini & sanguis conficitur, nullatenus habeant licentiam sepeliendi.

De